

Privilegium Ducis Semovithi super
 venditione Villa Rozdzalove per Johan:
 nem de Ladir, Johanni filio Hartradi.

In Nomine Domini Amen. Cum rerum
 et temporum incerti sint eventus, et actio
 nes humana sub tempore solemniter ce:
 lebrate, cum tempore minime tardent, diffli:
 ere, et jugiter casentur, ita, qui nullam effi:
 cacious sollicitudinem, non immerito precau:
 dum est, ut ea quae per longum cursum tem:
 poris, sapius a memoria hominum dilabun:
 tur, veraci testimonio et litteris approbatis
 perhennentur. Inde est quod Nos Semovithus
 Dei Gratia dux Masovia et terrae Cuyr:
 nensis notum facimus, presentibus et
 futuris, hanc litteram inspecturis, quod
 constitutus in presentia Nostra Johannes
 de Ladir cum suis cognatis solemniter pro:
 testatione aperuit, quod Villam quae Rozdalo:
 vo incupatur, Johanni filio Hartradi, et sua
 posteritati jure hereditario vendidisset pos:
 sidendam, et quia superflua non viciant con:
 tractum, et abundans cautella non nocet,
 dictus Emptor timens, ne venditoris poste:
 ritas recidiva consurgens innovatrix eun:
 dem Contractum niterentur defraudare
 jus sibi patrimoniale in eadem hereditate
 vendicando in perpetue emptionis argu:
 mentum, supplicavit sibi, a nostra provi:
 sionis auxilio subveniri, unde sibi ad cau:
 telam perpetuae securitatis presentem

litteram

Novakowgli

Litteram nostri Sigilli appensione obtuli:
mus confirmatam. Actum sub testimonio
Damiani, Subcamerarij Masovien, Petri
Fratri, Pauli de Pusin, Petri Morsuti
Canonici Plocensis, Jacobi Villici Plocen
Peregrini, Rogeri Thome filij Inolfi ma:
thae filij Liboldi, Martini filij Mathice.
Datum per manus Thome Subcancellarij
Masoviensis, Anno Domini Millesimo Dui:
centesimo Quinquagesimo tertio. Decimo Ka:
lendas maj in Lociszeu.